

tudine à Facultate Medica, sine mora suscep-  
tum, variis impedimentis huc usq; ad finem  
non pervenit. Tandem serio id curæ nobis  
datum putantes, urgentibus & Pharmacopœ-  
is & curiosis aliis, telam qvam orsi eramus  
perfecimus, ultimâ manu auspicato CHRI-  
STIANI die labentis anni, desiderato diu, sed  
non paucis difficultatibus involuto operi im-  
positâ. In hoc qvid præstitum sit, breviter  
exponam. Primo Catalogum exhibemus nu-  
merosum omnium Simplicium & Composi-  
torum medicamentorum, qvæ in officinis  
Pharmaceuticis Hafniæ prostant, cumq; al-  
phabetico ordine, ut nomina Latina primo in-  
tuitu inveniri possint. Non contenti Exoticis  
peregrinisq;, inqvilina addimus & domestica,  
qvæcunq; in usum Medicum venire queunt,  
ne vel manca apud Nos Natura illaudatave  
destituatur, vel vulgi desideria frustremur. In-  
seruntur Medicorum nostrorum Composita,  
qvæ vel Autores illos habent, vel fautores.  
Deinde ut omnibus patriæ civibus incolisq;  
usui sit opera suscepta, ex Regio præscripto  
Eru-